

Beatos Amores

VIRI

Pl. Reverendi, Amplissimi atq; Praclarissimi,

DOMINI

M. MICHAËLIS LIBETANTI

URATISLAVIÆ,

ad D. Barbaræ Ecclesiastæ

Vigilantissimi,

Affinis & Amici sui pl. Colendi,

Et

VIRGINIS,

Splendore Virtutum Virginalium

Clarissime,

ANNÆ SCHROEERIÆ,

VIRI

Pl. Reverendi, Clarissimi & Doctissimi

DN. COELESTINI SCHROEERI

p. m., Supra Laudati Domini Sponsi, ad ejusdem

D. Barbaræ, Prædecessoris Meritissimi,

FILIÆ RELICTÆ,

ad Diem XVI. Aprilis A. O. R. ∞ Idc LXIIX,

ritu Christiano, manu & voto

Ministerii Ecclesiastici pl. Reverendi

confirmandos,

Vili sed devoto Carmine predicat

M. DANIEL Psüßner /

Scholz Steinensis Rector.

1018 476

STEINOVIAE AD ODERAM,

Typis Johannis Kuntzl,

Revereſſe Libetanti,
Carè mihi aſtimande,
Affinis & Colende
Amice, blande Fautor,
Quem literata Virtus,
Quem Levcoris benigna
Clara Parens juvente,
Et Eruditionis
Arbitra & aſtimatrix
Integrior, ſub umbris
Sophia atq; literata
Pietatis educavit,
Docentiumq; tandem,
Ob abſolutioris
Laudem Eruditionis
Adjunxit Ordini almo,
Et ad Sacra paravit
Munus Sacrum Cathedre:
Quempatrias Budorgis
Admovit ad Jehovah
Aras in Aede Sacra
Jehova & ad Cathedram:
Dum, Pronubo Jehovah,
Paras jugale Sacrum,
Et conjugariis Annæ
Schroereræ, Puellæ
Quam Caſtimoniæ laus,
Pietasq; grata Cælo
Ornat, probaq; vite
Quæ ſplendor audit, at eſt
Et Filia Parentum
Quæ, forte ſi daretur
Nacſi, nec ipſa nacſi
Pietas negaret unquam,
Probitas negaret unquam:

Quam pulchritudo morum
Decorat venuſtiorum,
Quam gratia oris, & quam
Suavitas leporum,
Commendat & pudicus
Vultus, decenſq; forma.
O Par, venuſtius quo,
Quo pulchriusq; poſſet
Vix auſpiciatore
Connubio jugari!
O nuptias beatas!
Quam, Sponſe, dignus Annæ eſt!
Quam Michæele digna,
Sponſa, eſt! Jugumq; quam par!
Xenophon refert, quod olim
Tigranis illa Regis
Pia Armeni Marita,
Dum, cum ſuo Marito,
Tigrane Rege, triſti in
Captivitate, Cyro
Sub Rege, conſtituta
Eſſet, furente ſorte,
Et Regia aſſideret
Menſe, pius Maritus,
Ac diceret: Marita
Se pro redemptione
Vitam ſuam daturum:
Solutus ergo Cyri
Humanitate, triſti
Captivitate, liber
Interrogat Maritam,
Quid de benignitate &
Humanitate ſummâ,
Clementiâq; Cyri
Sentires? Illa dixit:

Oculos



1018426

Oculos meos nec unquam
In Cyrum ego reflexi:
Sed semper irretortis
Oculis meum Maritum
Fui arbitrata solum,
Qui pro redemptione
Sese meâ daturum
Suam vel ipsa vitam
Fidelis assererat.
Eadem fides, amor par
Vos inter emineret,
Par optimum, putârim,
Si forsâ inâdicine
Parili locus futurus,
Sed mitiora fata,
Vobis precor, benigna
Faventiamq; Sortis
Quels mutuos amores,
Fidemq; conjugalem
Vos mutuo probetis!
Exclamo, Par beatum,
Quam, Sponse, dignus Annâ es!
Quam Michaële digna
Sponsa es! Jugumq; quam per!
Reverende Libetanti,
Te Saxonum: celebres
Nutraverant Athena
Sacras ad Albi undas,
Peritiâq; Sacros
Enucleare Libros
Monstraverant amore
Tibi talium calenti;
Autore jam Jehovâ,
Dii Minister audis
Verbi, Sacrumq; Mysta
Gaudes obire Munus,
Quod omnium vocari
Gravissimum meretur;

Sed & omnium vocari
Sanctissimum meretur.
Pietas, beata Mater
Celestium bonorum,
Terrestrium bonorum
Pietas, benigna Mater
Placuit Tibi usq; & usq;
Ex Fontibus proinde
Prudenter Israël
Sacram Sacris perito
Haurire veritatem
Tibi usq; & usq; cura.
Loquentur id pericla
Sas luculenta sacra
Tuae Eruditionis:
Loquentur id Cathedra
Academica pericla:
Loquetur id bicornis
Facies severa Mosis,
Facies corusca Mosis:
Loquentur id Dudaim,
Quos delicata votis
Rabel sibi expetivit:
Loquetur Aaronis
Frontale, Pectorale
Loquetur Aaronis:
Idemq; Cherubini,
Opus aureum, loquentur:
Manu exarata mirâ
Scriptura, qua Propheta
Interpretatione
Aperca Daniells:
Loquetur id Magia
Baculum, perita cura,
Et velitationes
Ac Disputationes
Alie, mihi nec omnes
Et cognita & canenda,

Angustiore versu.
Ex unico vel ungue
Agnoscamus Leonem.
Has Eruditiones
Ad Muneris Sacramenti
Transfers peritus usum,
Et has vel ad docendum
Dextrè, vel ad monendum,
Vel ad redarguendum,
Vel ad anxium erigendum
Probe applicas & affers.
O aureum Talentum
Bene collocas! Brabeuta
Celestis ille diâ
Hoc pramiatione
Gratis reponet olim,
Et jam reponit Annâ,
Cujus nitescit alium
Pietate pectus. Ecquid
Prestantius vel unâ
Hâc invenire fas est?
Non lus vel ulla Forma
Cum moribus pudiciâ,
Licet satis venusta
Sit Sponsa, quam procaris.
Leta est Domus laborum,
Sveta est enim labori:
Est Sponsa proma-conda,
Cum tempus id requirit.
His dotibus tua Anna
Dotata, quam procaris,
Sat Sponsa dives audit.

O Conjugationem
Ex ase dico faustam,
Suisq; ter beatam
Numeris & absolutam!
Bene esto Michaëlem
Sponsum! Bene esto & Annam
Sponsam! Bene esto utrumq;!
Fortuna par sit, opto,
Vestris secunda votis
Par nobile & venustum,
Par nubile & politum,
Et amabile & beatum!
Pietas suprema Virtus,
Quâ gravior nec ulla
Polo est, Poliq; Regi,
Trinunius Jehova.
Charis, Fides sacra,
Constans Amor, Jehova
Benedictio, atq; quicquid
Usquam est lubentiarum,
Quicquid saventiarum
Usquam & decentiarum,
Et quicquid est leporum,
Ad vestrum id omne votum
Fluat! Subinde vestros
Pia ad pedes ministret
Fortuna, & alma Cœli
Benedictio secundet
Lares, & annuatim
Fecundet alma prole,
Prole amulâ Parentes!

Ita

Beatis amoribus edecumatis Paris gratulabundus
accinit

M. DANIEL Pfügner / Scholæ
Steinensis Rector.